pro reformatione rextitutione et emenda fienda nr̄is meatorib. et civibus danna passis, p. cuius relationem sentimus maiestatem regiam esse sicut semper fuit, ad comoda nr̄or. mercantor. mc̄antiar. subditor. et fidelium benigne dispositam. Et ideo pro ostendendo amorem, devotionem et caritatem quam semper habuimus habemus et habere intendimus erga serenitatem suam, dn̄os et regnicolas suos ut toti mondo constat, q. inter maiestatem suam nos nr̄umq. dominium nunq. fuerit aliqua causa rancoris, misimus te ad pn̄tiam suae majestatis, quam nr̄i parte instare rogare et solicitare debeas q. dignetur velle condescendere ad requisitiones nr̄as alias sibi factas p. dc̄m fratrem Jeronimum ambasciatorem, et ut hoc melius facere possis, fecimus tibi dare copiam comissionis, quam alias dedimus dicto magistro Jeronimo, volentes et sic tibi mandamus q. effectum ejus debeas solicite procurare, apud tam dn̄m regem prdctum, quam apud alios dn̄os apud quos erit necesst. procurare.

Et ut omnia pdicta cum bona et deliberata terminatione facere possis, volumus q. subito cum applicueris in Londra debeas esse cum vicecunsule nr̄o de inde et ibi vocare consilium nr̄um de inde (1) in quo çonsilio exponere debeas causam ambasiate tuae et ibi terminari debeat per dictum consilium, modus et via, quem habebis observare in petendo et solicitando obtinere tibi comissa, tam in eundo ad pn̄tiam dicti dni regis, quam alior. domnor. et a quib. primo incipere habebis et sicut per dictum consilium fuerit terminatum, item debeas executioni mandare. Verum si dictus dn̄s rex esset distans a civitate Londre volumus q. dictum consilium terminet cum quot equis et famulis ire debetis pro honore nri dnii et sicut fuerit terminatum ita debeas observare, non possendo ducere tecum eundo ad pntiam dicti dn̄i regis ultra numer. equor. decem. Nam nra intencio est q. omnis espensa que fiet p. te, ultra salarium et expensam tibi limitatam vadat ad vaream omninm mercationum que conducentur ad partes Bruzes et Londre et de Londra et Bruzos conducentur Venetias.

Et quia certi reddimus q. ante recessum galear. nr̄ar. de inde fueris de omnib. tibi comissis expeditus, tamen quia posset ocurrere q. non fuisses expeditus, quia dn̄s rex seu alii suo nomine, dicerent tibi q. oporteret petita p. nos diffiniri et terminari in generali par-

(1) Da ciò si vede come a Londra, e probabilmente da per tutto, il console nei casi gravi avea, come il Bailo a Costantinopoli, a convocare il consiglio dei mercanti.